

[I m 1]

73 74
 ita uidetur: quia in aduersitate desideratur differri
 75 76 77 78
 uidetur, quia uero in prosperitate timetur accelerari
 79 Deinde cum dicit (21) QUID ME FELICEM plangit
 lapsus felicitatis preterite ostendens se non fuisse perfecte
 felicem cum non haberet stabilitatem in ea. Quod autem non
 fuerit stabilis in ea, patet per hoc quod iam cecidit in
 80 aduersitatem. Facit autem apostropham ad amicos dicens
 81 82
 O AMICI QUID TOCIENS IACTASTIS id est iactando dixistis
 ME FELICEM scilicet esse, quasi diceret frustra hoc fecistis quia
 non erat illa felicitas stabilis, quod patet ex effectu, quia
 QUI CECIDIT scilicet sicut ego NON ERAT ILLE STABILI GRADU
 et suppleatur in. Vel potest dici STABILIS ut sit nominatiui casus
 et tunc patet sentencia sine supplecione.

[I p 1]

(1) HEC DUM MECUM. Hec est prosa prima in qua inducit Boecius personam consolantem scilicet Philosophiam et facit

 73 quia R (quia quod P)Pe (quia enim O) que J / 74 desideratur RP
 -antur J / 75 uidetur RP -entur J / 76 quia uero RP que J /
 77 timetur RP timentur J / 78 accelerari RP -are J / 79 uidetur
 RP -entur J / 80 aduersitatem RPe aduersitate JP / 81 quid RPe
 qui JP / 82 iatastis J /

prosopopeiam. Est enim prosopopeia secundum Isidorum Ethimologiarum libro secundo, capitulo 13, quando persona imponitur¹ rei que personam non habet, cuiusmodi est Philosophia. Et nota quod Boecius dolens et Philosophia consolans ² non sunt aliud nisi animus dolens ex aggrauacione sensualitatis et racio consolans ex uigore sapiencie. Circa inductionem autem istius persone consolantis duo facit. Primo docet quo modo ista persona ei apparuerit, secundo quid circa eum fecerit ibi (26) QUE UBI POETICAS. Circa primum sciendum est quod Philosophia hic introducitur sub persona mulieris, cuius triplex est racio: quarum una est quod tam apud Grecos quam apud Latinos philosophia feminini generis est; secunda quia sicut mulier lacte suo ³ infantem nutrit, sic philosophia lenibus sentenciis minus sapientes; tercua quia mulier naturaliter est magis compassiva et ideo aptior persona ad consolandum miseros et assidendum egris. Boecius autem quasi eger erat. Circa autem apparicionem huius persone tria facit. Primo enim describit apparicionem eius quantum ad tempus et locum, unde quantum ad tempus dicit quod DUM HEC scilicet que eciam in metro commemorauit MECUM TACITUS REPUTAREM id est cogitarem et non tantum cogitarem quin eciam QUERIMONIAM LACRIMABILEM id est que me commouebat ad lacrimas STILI OFFICIO DESIGNAREM id est scriberem quia hoc est

¹ ponitur o / ² non aliud sunt o /

³ infante o / ⁴ supta o /

officium stili (3) VISA EST MIHI MULIER scilicet Philosophia,
 cuius tamen nomen non ponit ut representet in se proprietatem
 miseri in quantum nichil de philosophia agnoscit ASTITISSE
 SUPRA VERTICEM. Hoc dicit quantum ad locum in quo apparuit.
 Hoc considerandum est, quod sapiencia perficit intellectum
 qui nulli organo corporali alligatus est. Unde, sicut
 intellectui non determinatur sedes in corpore, ita nec sapiencie
 ipsum perficit, sed quia operacio intellectua dependet a
 sensitiua quodam ordine, ideo inter potencias sensitiuas sunt
 tres que immediacius intellectui subseruiunt, scilicet fantastica,
 estimatiua, memoratiua. Propter quod, prout sunt in homine,
 conueniunt eis aliique proprietates ex coniunctione ad intellectum
 que non conueniunt eis secundum quod sunt in brutis. Fantastica
 enim, secundum quod est in brutis, tantum formas sensibiles
 apprehendit in absencia sensibilis; sed, prout est in homine,
 eciam huius modi formas componit et diuidit sicut formam auri
 ymaginatam componit cum forma montis ymaginata et sic format
 montem aureum in fantasia qui numquam fuit in sensu extra.
 Huius modi autem operacio in brutis non est. Similiter
 estimatiua in brutis apprehendit intenciones conuenientis et
 nocui*s* solum ex naturali instinctu sed in homine apprehendit per

5 cognoscit 0 / 6 terminatur 0 / 7 que 0 qui RP / 8 subiectiuas 0/
 9 sensibus 0 /

[I p 1]

10, 11

quandam collacionem huius modi intencionum; unde que in brutis
 dicitur estimatiua, in homine dicitur cogitatiua uel racio
 particularis eo quod est collactiuā intencionum individualium
 et particularium sicut intellectus uniuersalium. Similiter
 memoratiua in brutis: solum subitem recordacionem preteritorum
 habet; sed in homine non solum hoc sed quasi sillogistice
 preteritorum memoriam inquirit. Iste autem tres potencie habent
 organa sua in uertice, id est in superiori parte capitinis, ita
 quod organum fantasie est in parte anteriori, organum memorie in
 parte posteriori organum, uero cogitatiue in medio. Ad
 designandum ergo quod Philosophia perficiens intellectum presit
 istis potenciis tanquam domina subseruientibus, dicit quod
 Philosophia VISA EST ASTITISSE SUPER VERTICEM. Secundo cum
 dicit (3) REVERENDI describit persone apparentis statum et primo
 quantum ad uultum cum dicit REVERENDI ADMODUM id est ualde
 VOLTUS. Dicitur autem REVERENDI VULTUS quia illos quibus
 deprehenditur inesse, cuiuscumque condicionis fuerint, facit
 esse reuerendos. Quia autem per uultum qualitas animi
 deprehenditur, ideo illud per quod philosophia deprehenditur
 alicui inesse uultus Philosophie dicitur. Huius modi autem est

10 unde que in brutis . . . est collatiua ORP om. J/ 11 unde autem O/12 hominibus O/13 sed om. O/14 in ORP eciam in J/15 cogitacio O/16 quod om. J/

[I p 1]

17

gestus compositus et perfeccio doctrine. Secundo describit eam quantum ad aspectum dicens (4) OCULIS ARDENTIBUS ET ULTRA COMMUNEM HOMINUM VALENCIAM PERSPICACIBUS. Oculi Philosophie dicuntur intellectus et racio, quibus percipiuntur ea de quibus constat philosophia, sicut res corporales percipiuntur oculis corporeis. Dicuntur autem oculi Philosophie ardentes, quia ferore inuestigandi calent et possibilitate intelligendi splendent. Est enim ardor calor cum splendore. Sed quia possibilitas assequendi philosophiam non in est communiter omnibus sed quibusdam paucis qui uigore animi et bonitate intellectus pollent, ideo subiungit ET ULTRA COMMUNEM etc.

Tercio describit eam quoad colorem cum dicit (5) COLORE VIVIDO.

Color Philosophie est pulchritudo ueritatis que delectacionem causat. Color autem alicuius est ex cura et dicitur ficticius,

alicuius ex natura et dicitur uiuidus. Quia ergo Philosophia

pulcra est sua ueritate absque pulcritudine eloquacie, que est
sicut color ficticius, ideo dicit COLORE VIVIDO. Quarto

describit eam quoad uigorū cum dicit (6) ATQUE INEXHAUSTI

VIGORIS. Vigor Philosophie est uirtus principiorum que

²¹ exhauri²²ri non potest, quia numquam tot conclusiones sunt elicite

17 compositus RP composicio J / 18 hominum P-em J / 19 ficticius
RP fect- J / 20 colore P ca- J / 21 exhauri²²ri RP exhauri²²i J /
 22 elicite RP illicite J /

[I p 1]

23

qui possent plures elici. Quinto describit eam quoad etatem
 cum dicit (6) QUAMVIS ITA EVI PLENA FORET UT NULLO MODO
 NOSTRE CREDERETUR ESTATIS, quia dixerat Philosophiam habere
 uigorem inexhaustum. Hoc autem non senectuti sed iuuentuti
 proprium est. Ne ex hoc crederetur Philosophiam esse nouellam
 et sic uilior haberetur, ideo ad hoc excludendum dicit QUAMVIS
 ITA EVI etc. Quod dicit propter perpetuitatem ueritatis, que
 cum sit immutabilis non subiacet tempori quo mensuratur etas
 nostra. Sexto describit eius staturam dicens (8) STATURA
 DISCRECIONIS AMBIGUE. Statura Philosophie est altitudo materie
 circa quam uersatur, que dicitur esse DISCRECIONIS AMBIGUE
 quia modo maior modo minor apparebat secundum diuersitatem
 materie quam tractat. Et hoc est quod subiungit NAM NUNC QUIDEM
 AD COMMUNEM SESE HOMINUM MENSURAM COHIBEBAT tractando scilicet
 de hiis que homini proporcionantur, puta de institucione morum
 26 sicut in ethica, de disposizione familie in iconomica, de
 gubernacione rerum in politica. Vel dicitur commensurari
 homini tractando de naturalibus quorum naturam colligit homo
 experimento sensus inter que summum ad quod pertingit est ipsa
 natura hominis. (10) NUNC VERO PULSARE CELUM SUI VERTICIS
 CACUMINE VIDEBATUR tractando scilicet de motu planetarum,

23 possint O/ 24 non modo I/ 25 dicitur O/
 26 in om. O/

[I p 1]

ymaginibus stellarum, et aliis circa que astronomia negotiatur.

(11) QUE CUM CAPUT id est consideracionem suam ALCIUS
EXTULISSET, IPSUM ECIAM CELUM PENETRABAT tractando scilicet
de Deo et angelis, quod ad theologiam pertinet RESPICIEI²⁷ CIUMQUE
HOMINUM FRUSTRABATUR INTUITUM quia ad inuestigandum cognicionem
creatoris deficit humanus intellectus. Deinde cum dicit (13)
VESTES ERANT ostenso quomodo Philosophia apparuerit primo
quantum ad tempus et locum secundo quantum ad persone statum,
hic tercio ostendit qualis apparuerit quantum ad habitum et
circa hoc duo facit. Primo describit uestes quibus induebatur,
secundo insignia quibus inuestiebatur ibi (24) ET DEXTERA.²⁸
Circa primum quatuor facit. Primo enim commendat istas uestes
tam ex materia quam ex artificio dicens (13) VESTES id est artes
in libris tradite PERFECTE ERANT TENUISSIMIS FILIS id est
subtilissimis sentenciis siue preceptis. Sicut enim filum
primo tingiture et deinde in ueste ordinate componitur texendo
unum post aliud, sic sentencie philosophice primo tinguntur
coloribus rethoricis ac deinde in uolumine ordinate disponuntur.
Et istam ordinatam disposicionem uocat subtile artificium, unde
dicit (14) SUBTILI ARTIFICIO INDISSOLUBILI MATERIA. Quamuis
enim huius modi sentencie male intelligi possunt et exponi,²⁹

27 uestigandum o / 28 ibi om. o / 29 uices o / 30 primo om. o /
31 et rethoricis T / 32 possint o /

tamen secundum se tales sunt quod nulla racione dissolui possunt. QUAS, UTI POST EADEM PRODENTE id est reuelante sicut patebit infra COGNOVI, MANIBUS SUIS IPSA TEXUERAT. Manus Philosophie dicuntur illi qui ea que nouerunt scribunt, quorum opera ipsi Philosophie ascribuntur, qui nisi instructi philosophicis preceptis huius modi opera edere non potuissent. Secundo, cum dicit (16) QUARUM SPECIEM, ostendit pulcritudinem istarum uestium esse obfuscatam dicens QUARUM supple uestium id est arcium SPECIEM id est pulcritudinem CALIGO QUEDAM id est ³³ ignorancia uel obliuio NEGLECTE VETUSTATIS id est ~~causata ex~~ ³⁴ inueterata negligencia OBDUXERAT id est obfuscauerat VELUTI SOLET FUMOSAS YMAGINES. Ymagines enim, quantumcumque sint ³⁴ pulcre, si stent in fumo, obfuscatur earum pulcritudo. Insinuat Boecius quod pulcritudo arcium iam temporibus suis neglecta erat. Tercio cum dicit (18) HARUM IN EXTREMO, docet quid in uestibus Philosophie erat depictum, circa quod sciendum est quod philosophia perfecte diuiditur in theoricam et practicam et ideo quicquid continetur in operibus philosophicis spectat ad theoricam uel practicam. Nota autem theorie est littera que apud Grecos uocatur theta, cuius caracter sic formatur Θ .

³³ causata ex Θ tantu et RP / ³⁴ eorum Σ / ³⁵ theta R theca P tita J / ³⁶ quis J /

[I p 1]

37

Hac enim littera tamquam prima consueuit theorica apud Grecos scribi. Nota uero praxis est littera que apud Grecos uocatur pi, cuius caracter sic formatur .71. Hac enim littera tamquam prima consueuit apud Grecos scribi praxis et ideo Boecius dicit has duas litteras scriptas in uestibus Philosophie. quia quicquid in artibus philosophicis continetur, que per uestes designantur 40 ut dictum est, ad theoreticam uel praxim spectat. Sed quia theoria dignior est praxi, ideo dicit notam theorie in superiori parte intextam, notam uero praxis in inferiori. Ad designandum autem quo ordine iste sint addiscende subiungit quod (19) INTER UTRASQUE LITTERAS IN SCALARUM MODUM GRADUS QUIDAM INSIGNITI 41 VIDEBANTUR, QUIBUS AB INFERIORI AD SUPERIUS ELEMENTUM ESSET 42 ASCENSUS. Primo enim debet homo sufficienter instructus esse in practicis, ut postea ascendendo uacet contemplatiuis. Sciencie enim practice ordinantur ad contemplatiuas tamquam ad ultimum finem. Hanc enim contemplacionem posuerunt philosophi esse felicitatem. Gradus autem quibus ascendendum est sex sunt, quorum tres spectant ad practicam et tres ad speculatiuam. 44 Quantum enim ad practicam debet homo primo instrui 45 in bonis 46

37 theoria O / 38 pi R phi OP phii J / 39 uestes philosophie O /
 40 theoriam O / 41 inferiore J 42 institutus O /
 43 in om. OJ / 44 philosophi RPO philosophici J / 45 primo om.O /
 46 instrui CRP institui J /

moribus per ethicam, secundo in dispensacione familie per
 economicam, tercio in gubernacione rerum publicarum per
 politicam. In speculatiuis autem primo debet instrui in
 phisica que considerat formam in materia et ut in materia,
 secundo in mathematica qui⁴⁷ considerat formam⁴⁸ in materia non
 ut in materia,⁴⁸ tercio in methaphysica que considerat formam
 omnino abstractam a materia. Quarto, cum dicit (22) EANDEM,
 docet uestem Philosophie esse scissam.⁴⁹ Isti uiolenter scindunt
 uestem Philosophie qui per extortas exposiciones trahunt
 proposiciones in se ueras ad suas falsas opiniones, qui⁵⁰ eciam
 acceptis quibusdam ueris principiis adiunctisque eis aliquibus
 falsis opiniones suas confirmant et sic per diuersas sectas a
 ueritate diuiduntur qui propter paucas ueritates quas habent
 putant totam philosophia^m sibi cessisse. Deinde cuui dicit (24)
 ET DEXTRA ostendit que fuerunt insignia quibus inuestiebatur.
 Intendit autem per ista gestamina designare occupacionem
 sapiencium. Omnis autem occupacio uiri sapientis uel est in
 contemplacione sapiencie que designatur per libros uel in
 regimine rei publice que designatur per sceptrum. Et quia
 pocior est contemplacio sapiencie quam regimen rei publice,

47 que O qui RP / 48 formam in materia non ut in materia JPeO formam abstractam a materia sensibili R formam abstractam a materia P / 49 scissam J,
 50 insignita O / 51 designantur J / 52 regimine quod O /

[I p 1]

propter hoc dicitur in dextra habere libellos et in sinistra
 sceptrum. Et nota quod significacio istorum differt a 53
 significacione duarum litterarum supradictarum quia per illas
 designantur partes doctrine que traditur in libris, per ista 54
 partes occupacionis⁵⁵ que conuenit sapientibus. Deinde cum
 dicit (26) QUE UBI POETICAS ostendit quid Philosophia circa eum
 egerit. Et hoc habet tres partes. Primo enim docet quomodo ab
 eo poeticas Musas fugauit, secundo quomodo ipse de gestu 56.
 Philosophie obstupuit ibi (44) AT EGO CUIUS, tertio quomodo
 ipsa ei appropinquans statum eius deplorauit ibi (48) TUNC ILLA
 PROPIUS. Circa primum tria facit. Primo docet quo modo
 Philosophia irata presenciam Musarum poeticarum condempnat.
 Secundo apostrophando ipsas Musas increpat ibi (35) AT SI 58
 ALIQUEM. Tercio ipsas sic increpatas fugat ibi (39) SED ABITE.
 Dicit ergo (26) "UE UBI POETICAS MUSAS has supra in metro 59
 uocauit Camenas VIDIT NOSTRO ASSISTENTES THORO id est studio in
 quo homo quodam modo quiescit, sicut in thoro cui dicuntur 60.
 poetice Muse assistere, quia studuit metrice describere miseriam
 suam. (27) PAULISPER COMMOTA tangit morem sapientis qui 61

53 illas CP istas J / 54 ista R istas OPJ / 55 ocupaciones J /56 conueniunt J / 57 obstipuit O / 58 ac J / 59 ut O / 60 dy cuntur PPe
 creduntur R dicunt J / 61 quia J /

[I p 1]

temperate utitur ira TORVISQUE INFLAMMATA LUMINIBUS hoc est signum ire: respicere aliquem toruo uultu. (28) QUIS, INQUIT quescio aliquando fit propter ignoranciam ex responsione remouendam, aliquando ut aliquid ex responsione probetur, aliquando ut ille cui fit quescio ad suum defectum considerandum reducatur. Et sic querit hic HAS SCENICAS MERETRICULAS Muse poetice dicuntur meretricule. Sicut enim meretrix commiscetur cuilibet non amore prolis sed lucri, sic poete scribebant de quolibet non amore sciencie sed laudis uel lucri. Unde Persius in prohemio:⁶²

62
Quod si dolosi spes refulgeat nummi

63

Coruos poetas et poeticas picas

Credas cantare Pegaseum melos.

64

Vocat autem eas SCENICAS eo quod carmina poetica in scenis consueuerunt recitari. Scena autem secundum Isidorum, Ethimologiarum libro 18, capitulo de ludo scenico, erat locus infra theatrum in modum domus instructus cum pulpito. Dicitur a scena Greco uocabulo quod interpretatur umbra, unde dicebatur scena quasi obumbracio, quia ibi abscondebantur persone cantantes cantica tragica et comica. (30) QUE NON MODO etc. id est tantum modo DULCIBUS VENENIS dulcia uenena quamuis mala sint secundum

a Chol. v. 12-14

62 spes OPPe specie JR / 63 coruo O / 64 eas on. O / 65 instructus R
instructa JO constructus P / 66 carmina O /

[I p 1]

apparenciam tamen aliquid boni habent. Et eodem modo describere suam miseriam metrice uidebatur quasi consolatorium, unde dixit supra in metro (m l, 8) SOLANTUR NESTI etc., et tamen secundum ueritatem magis auget dolorem; cuius racio est: cuilibet enim homini uidetur delectabile operari secundum habitum quo dispositus est. Unde dicit philosophus secundo ethice signum generati habitus est delectacio in opere. Et inde est quod homini tristi in remedium tristicie uidetur esse flere et eodem modo habenti habitum tristicie uidetur delectabile describere suam tristiciam, quia hec operacio conueniens est habitui secundum quem dispositus est. Secundum tamen ueritatem talis descripcio est prouocatua maioris tristicie. Tristatur enim homo non tantum ex hoc quod miser est sed ex hoc quod cognoscit se esse miserum. Unde, si esset miser et tamen hoc ignoraret, non tristaretur. Cognicio igitur et consideracio miserie est prouocatua tristicie, sed modo ita est quod unusquisque diligenter considerat et cognoscit illud quod uult describere. Et ideo Boecius uolens describere suam miseriam diligencius considerauit eam. Quanto autem diligencius eam considerauit tanto maiori tristicia opprimebatur et ideo descripcio que uidebatur esse solacium tristicie fuit ei in maioris tristicie augmentum. Et quia dolor et tristicia impedit rationem sicut et alie passiones animi quando intenduntur, metrica autem dictamina sunt talium passionum prouocatua, ideo subiungit (32) HEC ENIM SUNT QUE INFRUCTUOSIS SPINIS AFFECTUUM

67 quid o / 68 eciam o / 69 est conueniens o / 70 sb' o /

[I p 1]

71

id est passionibus que sine utilitate pungunt cor anxietate
 et est endiadis RACIONIS SEGETEM UBEREM FRUCTIBUS id est
 perfeccionem uirtutum quam assequitur homo exercicio racionis
 NECANT id est destruunt et propter apparentem delectacionem
 ASSUEFACIUNT MORBO NON LIBERANT. Deinde cum dicit (35) AT SI
 QUEM etc. increpat ipsas Musas in hoc quod uir eruditus qualis
 erat Boecius per eas deludebatur. Apostrophat ergo ad ipsas
 Musas dicens AT SI VESTRE BLANDICIE QUEM id est aliquem PROFANUM
 id est procul a fano sciencie, cuiusmodi sunt laici illitterati
 ut dicit Hugucio UT pro sicut VOLGO SOLITUM id est assuetum
 uolgo id est uolgaribus nugis MINUS MOLESTE non enim tantum est
 dolendum de errore insipientis sicut sapientis quia error
 insipientis non trahitur in exemplum et ideo tantum sibi nocet;
 72 error autem sapientis trahitur in exemplum et ideo multis nocet.
 Item plus dolendum est de perdicione alicuius rei elaborate
 quam non elaborate. Sed sapientes fiunt cum labore. Circa
 73 insipientis autem non impeditur labor³⁶ et ideo de eorum
 perdicione minus curandum. Et hoc est quod dicit (37) NICHIL
 QUIPPE IN EO NOSTRE OPERE etc. Opera Philosophie est intencio
 et labor ad aliquid philosophicum addiscendum. (38) HUNC VERO
 etc. commendat excellenciam persone que deludebatur et est hic

71 sunt o / 72 tamen o / 73 impeditur o /

[I p 1]

74

aposiopesis. Ponit enim oracionem imperfectam ad modum
 quo dolentes uel irati consueuerunt loqui. Elis est ciuitas
 Grecie in qua uel iuxta quam studiut Aristoteles et ideo studia
 sua dicuntur Eliatica. Achademia fuit ciuitas Grecie in qua
 frequenter fiebat terre motus et ideo eam elegit Plato ad
 studendum, ut discipuli sui pre timore a libidine et aliis
 uiciis cessarent et ideo studia sua dicebantur Achademica.
 Utrisque autem fuit Boecius instructus et hoc est quod dicit
 (38) ELIATICIS ATQUE ACHAEMICIS STUDIIS INNUTRITUM. Deinde
 cum dicit (39) SED ABITE docet quo modo Philosophia istas
 Musas fugauit dicens eis SED ABITE POCIUS quasi diceret:
 diuuos increpare possem sed pocius abite SIRENES DULCES USQUE
 IN EXICIUM quasi diceret: dulcedo uestra ducit homines in
 exicum. Et ideo bene comparat eas Sirenibus, de quibus
 Isidorus, Ethimologiarum libro undecimo, capitulo 41 de portentis,
 dicit sic: Sirenes tres fingunt fuisse ex parte uirgines ex
 parte uolucres habentes alas et ungulas, quarum una uoce altera
 tibiis tercia lira canebat, que illectos nauigantes suo cantu
 in naufragium trahebant. (40) MEISQUE EUM MUSIS id est artibus
 etc. (42) HIIS ILLE CHORUS INCREPATUS MESTIOR DEIECIT etc.

80

74 aposiopesis] a^{ge} yposis R apo;.. 'esis P apoioposis Pe
 apoyopesis J apoyopasis M apoyoposis Q apoyopsis D / 75 hely o /
 76 eam om. o / 77 pre timore om. o / 78 usque om. o / 79 41 om. o /
 80 increpatus o increpatus RP /

[I p 1]

ideo mestior quia assuetus poeticis Musis cum difficultate
 eas relinquit CONFESSUSQUE RUBORE VERECUNDIAM etc. sapiens
⁸¹ enim de aliquo turpi resipiscens de preteritis uerecundatur
 LIMEN id est curam studii mei TRISTIS EXCESSIT id est deseruit.
 De rubore autem ex uerecundia creato dicit ille Boecius in
⁸² commento super predicamenta, capitulo de quali et qualitate,
 quod cum sit uerecundia in os omnis sanguis egreditur et ueluti
⁸³ delictum tecturus effunditur. Ita quoque rubor fit ex
 sanguinis progressione atque in apertum effusione. (44) AT EGO
⁸⁴ docet quomodo de gestu Philosophie obstupuit dicens AT EGO CUIUS
 ACIES id est uigor racionis MERSA id est absorpta nimia tristitia
 unde dicit quod LACRIMIS CALIGAUERAT id est obscurata fuerat et
 ideo non potuit habere claram cognitionem, unde sequitur NEC
⁸⁵ DINOSCERE POTERAM QUENAM ESSET MULIER TAM IMPERIOSE AUCTORITATIS
⁸⁶ quia ad imperium eius recesserant Muse poetice OBSTUPUI scilicet
 admirando VISUQUE IN TERRAM DEFIXO quia adhuc erat cogitacio sua
 occupata circa terrena TACITUS EXPECTARE CEPI etc. Et in hiis
⁸⁷ docet quod talis erat qui consolacionem reciperet, quia non
⁸⁸ pertinaciter restitit nec operam eius recusauit sed expectando

81 ab C / 82 quali et qualitate O qualitate et quali R qualitate PPe
 qualitate et quantitate J / 83 itaque J / 84 docet . . . at ego om. O /
 85 hec mulier O / 86 obstipui O / 87 hoc O / 88 reciperat O /
 89 pertinaliter J /

[I p 1]

permisit facere quod uoluit. Qui enim refutant alios audire nec audita racione acquiescunt, ipsi sibi ipsis obstaculum consolacionies ponunt. Deinde cum dicit (48) TUNC ILLA hic docet quomodo Philosophia statum Boecii deplorauit et primo docet quomodo ad considerandum diligencius statum suum accessit, secundo planctum Philosophie de statu Boecii subiungit metro secundo HEU QUAM PRECIPITI. Dicit ergo TUNC ILLA PROPIUS
 90 ACCEDEMUS remoueri enim a cura inutili est quidam accessus ad sapienciam, que dicitur accedere ad nos quando nos accedimus ad eam IN EXTREMA LECTULI etc. quia a remotis subintrauit studium Boecii MEUMQUE INTUENS VULTUM LUCTU GRAVEM etc. propter
 91 dolorem amissorum ATQUE MERORE IN HUMUM DEIECTUM quia tota
 92 intencio uersabatur circa terrena HIIS VERSIBUS DE ME etc.

[I m 2]

HEU QUAM PRECIPITI Postquam ostendit quid¹ Philosophia gesserit circa eum,¹ hic ponit planctum Philosophie de perturbacione mentis ipsius et describit hunc planctum metro dactilico²
 3 tetrametro ypercatalecto. Dicitur autem dactilicum⁴ a pede

90 quidem J / 91 aromatis J / 92 meroris O /

1 quid philosophia gesserit circa eum ODPEM quid philosophia circa eum ges^m
 serit R (quid in ms.) philosophia quid gesserit circa eum J om. P / 2 dactalico J /
 3 enim O / 4 dacticum J /